

*Prologus*

**IN OMNIBUS** curiosus existis, nec me desinis infestare. Quamvis enim ob multos editos laboriose tractatus scias me non modicum fatigatum, quoddam tamen opus insolitum fieri postulas  
 5 importune. Nam ut de controversia que super fide catholica et multis incidentalibus inter Christianos nunc vertitur nescio quam summam tibi componam impudenter exposcis, et audacter formam procedendi modumque loquendi michi, ut dicis, intendis  
 10 imponere. Sane cum tuam fuerim importunitatem frequenter expertus, non eo quod amicus meus es sed propter importunitatem tuam voluntati tue parere conabor. Quale ergo opus et quomodo edi desideras manifesta.

---

1 prologus] Venerandorum virorum vestigia non relinquens/ duas personas/ discipuli scilicet et magistri/ finxi seu suscepi/ inter quas sequens Dyalogus verteretur/ in persona discipuli verbis utens quam pluribus ex quibus posse colligi videretur quod idem discipulus de parte esset omnino michi contraria mecumque communionem habere penitus non auderet/ tali modo quod ego sequentis operis essem auctor omnibus hominibus [hominibus *omitted* Fr] duobus exceptis putans et gestiens occultare [occultari Fr]. Sed contra estimationem et intentionem meam accidit/ nescio per quem/ contrarium. Nam communicata prima parte operis huius/ statim quod ego feceram quam plures non latuit. Nec tamen propter hoc inceptum procedendi modum et loquendi dimisi/ sed continuavi et usque ad [in Fr] finem continuare propono. Quam ob rem nemo michi debet quamcumque opinionem qualitercumque hic discussam vel recitatam imponere/ nisi quam a me alias vel in aliis operibus scriptam vel dictam assertive vel opinative cognoverit. Nichil enim in persona mea sed aliorum hic dico. Quid autem de omnibus sentio in quodam alio opere intendo concedente domino explicare [explicit prologus primus incipit prologus in idem opus secundus We] *added* Fr We; magister *added* Fi An Ba Av 3 enim] *omitted* Ba Es 4 fieri] *omitted* Bb Fi Ca Pa Vg Ly 5 ut] et Ba, nec Bb Fi Vg 6 multis] aliis *added* Ca 6 incidentalibus] incidentalibus Bb Fi Ca Pa Vg Ly Vc 6 nescio] questio Ca Vg Ly; questio nescio Va Vc 7 componam] exponam Bb Fi Ca Vg Ly Vc 8 loquendi] *omitted* Fi 8–9 dicis ... fuerim] *omitted* Pa Vg 9 fuerim] scierim Bb Fi 10 importunitatem] Ca Lb To Es: improbitatem Ww 11 quomodo] cuiusmodi Pa Vg Ly, qualiter Fr; cuiusmodi vel qualiter Ca Lc La, cuiusmodi et qualiter Vd 12 edi] editum Ca Ba; *omitted* Pa Vg Ly

---

1 prologus] [in nomine domini amen Fi Av] incipit prologus in libros dyalogorum qui versantur inter magistrum et discipulum [suum Ox Av] [okam ordinis minorum To] [capitulum 1 An] Fi An To Ox Av

*Discipulus*

**VEHEMENTER EXULTO** quod meis supplicationibus acquiescis. Teneo enim firmissime quod opus futurum occasionem inveniendi veritates quamplurimas toti Christianitati peritiles ministrabit. Quod opto in tres distingui tractatus, quorum primum “De hereticis”, secundum “De dogmatibus Iohannis vicessimisecondi”, tertium “De gestis circa fidem altercantium orthodoxam” volo vocari. Totum vero opus “Dyalogum” censeo appellandum. Peto enim ut per interrogationem et responsionem fiat; volo namque te interrogare et tu michi respondebis. Persona autem mea nomine “Discipuli”, tua vero nomine “Magistri” notetur, in quo personam recitantis assumes. Nec tantum unam sed plures quando tibi videbitur ad eandem interrogationem narra sententias. 15  
20  
25

Sed quid tua sapientia sentit michi velis nullatenus indicare. Quamvis enim velim omnino ut cum diversas et adversas assertiones fueris discussurus tuam quoque minime pretermittas, que tamen sit tua nullatenus manifestes. Ad quod petendum moveor ex duobus. Primum est quia tantam de tua doctrina estimationem obtineo quod propter sententiam quam te omnino scirem asserere intellectum proprium cogerer captivare. In hiis autem que modo gestio indagare tua nolo auctoritate moveri, sed quid in me possint rationes et auctoritates quas adduces ac meditatio propria experiri. 30  
35

Secundum est quia, cum amor et odium, superbia, ira et invidia ac nonnullae alie anime passiones in inquisitione veritatis humanum impediunt, ymmo pervertant, iudicium, si sententiam tuam et etiam nomen occultare volueris, nec amici opus futurum plus quam debeant amplectentur, nec plus quam oporteat despicient inimici, sed hii et illi, non quis alicuius sententiae fuerit auctor, sed 40

13 discipulus] *omitted* Fi Ca; capitulum secundum *added* Vam Av Wem; *chapter layout all witnesses except* Fr Vc 15 enim] ergo Vg Ly, igitur Bb Fi Ca Pa 19 circa] contra Ca Vg Ly 21 enim] te *added* Ca 23 notetur] Vc Ox Av We: vocetur Ww 24 assumes] assumes Ca 26 quid] quod Ca Vg Ly Ba 28 discussurus] discursurus Ca Pa Vg Ly 32 cogere] cogens Fi, cogere Ca 33 tua] *omitted* Pa Vg Ly 33 nolo] volo Bb Ca 33 quid] quod Ca Es 34 quas] quis *added* Pa Ly 34 adduces] adduceret Pa Ly 34 ac] aut Ca Vg Ly, solvere aut Pa 38 sententiam] scientiam Vg, scientiam vel sententiam Ca 40 amplectentur] amplectantur Pa Vg We 40 despicient] Fr Pz Ly We Br: despicient Bb Fi Ca Pa Vg Ba Es Vc 41 quis] est *added* Ly 41 alicuius] Vg Vb Pz Ly: aut cuius Ca Pa Ba Es Vc We, actus Bb Fi 41 fuerit] *omitted* Pa Vg Ly We 41 auctor] actor Ba Es

quid dicitur attendentes rectoribus oculis scribenda respicient et insistent sincerius indagini veritatis.

45 Propter quam etiam rationem in hoc opere quid de domino summo pontifice ac doctrina eius suisque emulis sentias nequaquam aperiatis. Quod ut magis abscondas, cum de personis loqueris eorum nomina supprimas officiorum et primis litteris nominum propriorum appella. Unde dominum papam dominum “I”, Ba-  
 50 varum dominum “L”, Fratrem Michaelem, Generalem Fratrum Minorum, fratrem “M”, Fratrem Giraldum Othonis Fratrem “G” cura vocare.

A te autem specialiter hoc opus efflagito non solum quia te re-  
 55 puto pre aliis eruditum, sed etiam quia te video circa contingentia controversiam prefatam singulariter occupatum. Omnes enim libellos et opera adversariorum contra dominum summum pontificem niteris congregare, in quibus sine intermissione studes, ita ut aliquando occasionem habeam suspicandi quod aliqua dubitatio in corde tuo de summo pontifice eiusque doctrina nascatur. Quia tamen a me—quem scis eiusdem domini summi pontificis sin-  
 60 cerissimum zelatorem, et quod adversarios complicesque eorum valde detestor—de predictis nichil abscondis, michi prebes materiam opinandi quod ad reprobandum tempore opportuno omnia opera colligis emulorum. Verumtamen propter motiva prescripta ante huius operis consummationem michi mentem tuam mini-  
 65 me pandas, nec propter hoc putes te culpam aliquam incursum, quia ut melius nosti nonnumquam licet veritatem ex causa tacere.

Tractatum igitur primum de hereticis acceleres inchoare. Quem  
 70 in septem divide libros, quorum primus investiget ad quos, theologos videlicet vel canonistas, pertinet principaliter diffinire que assertiones catholice, que heretice, qui etiam heretici et qui catholici, debeant reputari; secundus inquirat que assertiones here-

---

42 quid] quod Ca 42 rectoribus] remotis zeli Ly, remotioribus Ca Pa Vg  
 42 respicient] respiciant Bb Fi 43 indagini] indagare Ca Pa Ly, indagari  
 Vg 43 veritatis] veritatem Ca Pa Vg Ly 44 quid] quod Bb Fi Ca Ba Es  
 46 personis] eorum *added* Ca 48 appella] *omitted* Pa Vg Es 48 papam]  
 vel *added* Pa Vg 48 i] vel Vg 49 l] Bb Fi An Ba We Br: “b” Ly Vc, vel  
 Vg, vero Ca Pa 49 michaelem] de cesena quondam *added* Ba; quondam  
*added* Es 50 fratrem “m”] *omitted* Pa Vg Es 50 othonis] nunc generalem  
 dictorum fratrum *added* Ba Es 53 contingentia] *omitted* Pa Ly 59 domini]  
*omitted* Ca Ba Es We 66 quia ... tacere] *omitted* Bb Fi Pa Vg Ly 67 quem]  
 materiam Pa Vg Ly

tice, que catholice, sunt censende; tertius principaliter consideret quis errans est inter hereticos computandus, quartus quomodo de pertinacia et pravitate heretica debeat quis convinci, quintus qui possunt pravitate heretica maculari; sextus agat de punitione hereticorum et maxime pape si efficiatur hereticus; septimus tractet de credentibus, fautoribus, defensoribus et receptatoribus hereticorum. 75

*Magister*

**AFFECTAS UT VIDEO** quatenus ex serie dicendorum nemo possit colligere quam partem dissentientium circa catholicam fidem reputem iustiore, quod tue satisfaciens voluntati, una cum aliis que efflagitas, servare curabo. Porro cum opus futurum per interrogationem et responsionem fieri roges, responsionem autem interrogatio antecedit, tuum erit incipere. Quod ergo tibi placet interroga. 80 85

---

74 pertinacia ] pertinacitate Ca Pa Vg Ly 76 efficiatur ] fiat Ca 77 receptatoribus ] receptoribus Ca Pa Vg Ly Es 79 magister ] *omitted* Ca; capitulum tertium *added* Fi An Vam Av; *chapter layout all witnesses except* Fr BaDi Vc 80 video ] videtur Ba Es 83 efflagitas ] flagitas Ba Es 83 porro ] primo Ca Vg Ly

---

86 interroga ] explicit prologus Bb Fi La Va Vg Vb To Es Vc Ox Av Br; explicit prologus secundus We

**LIBER PRIMUS***Capitulum 1**Discipulus*

**QUONIAM** occasione dissensionis quam in Christianitate conspicio de assertionibus hereticalibus et catholicis ac etiam de personis hereticis et orthodoxis sum indagaturus quamplurima, in primis duxi querendum ad quos, theologos videlicet vel canonistas, pertinet principaliter diffinire que assertio catholica, que heretica, est censenda.

**Magister:** Ad interrogationem propositam respondetur quod verbum “diffiniendi” plures habet significationes, de quibus due videntur ad propositum pertinere. Contingit enim aliquid diffinire auctoritate officii, et sic diffinire que assertio heretica et que catholica est censenda ad summum spectat pontificem et concilium generale. Aliter contingit diffinire per modum doctrine, quo modo magistri in scholis questiones diffiniunt et determinant. Et sic accepto verbo “diffiniendi” circa propositam questionem diversimode sentiunt literati.

**Discipulus:** Ad presens accipio verbum “diffiniendi” secundo modo. Et sic accepto vocabulo diversas sententias cum motivis earum audire desidero.

**Magister:** Quorundam est opinio quod ad canonistas principaliter spectat que assertio est catholica, que heretica, iudicare, pro qua tribus rationibus videntur posse moveri, quarum prima est hec. Ad illam scientiam principaliter spectat discernere que asser-

1 liber primus ] *omitted* Pa Ly Ba 4 hereticalibus ] hereticis Ca Pa Vg Ly Ba 5 quamplurima ] quamplurimum Ca Vg Ly 6 duxi ] dixi Ca 6 videlicet ] *omitted* Es 9 interrogationem ] tuam *added* Bb Fi Ca Pa Vg Ly 9 propositam ] factam Ba Es 9 respondetur ] sequitur Pa Vg 12 que! ] est *added* Pa Vg Ly 12 assertio ] est *added* Fi 14 aliter ] aliquando Vg Ly, similiter Pa 20 earum ] eorum Ca Ba Es 22 iudicare ] *omitted* Ca 24 hec ] *omitted* Fi Ba Es

6–8 See Scott, “Theologians vs Canonists on Heresy”, <http://www.britac.ac.uk/pubs/dialogus/frmIntroId1.html>

1 liber primus ] Incipit primus liber/ ad quos/ theologos vel canonistas/ pertinet principaliter diffinire que assertio catholica/ que heretica/ sit censenda investigans Vb Vc; Incipit primi libri prime partis c. 1 dyalogorum/ et ostendit quod diffinire in materia fidei per modum auctoritatis petinet ad summum pontificem sed si modum doctrine arguit quod spectat ad canonistas Ox Av; Incipit primus liber prime partis dyalogi utrum ad theologos vel canonistas principaliter pertinet diffinire que assertiones sunt catholice/ que heretice/ quive sunt heretici/ et qui catholici/ investigans We

tio catholica, que heretica, est censenda que principaliter tractat de approbatione veritatum catholicarum et reprobatione heresum dampnatarum. Huiusmodi est scientia canonistarum et non theologia. Ergo etc. 25

Secunda ratio est hec. Ad illam scientiam pertinet diffinire que assertio catholica, que heretica, est censenda cui fides quantum ad credibilia principaliter adhibetur. Sed quantum ad ea que sunt fidei magis credendum est canonistarum scientie quam theologie, quia magis credendum est ecclesie, per quam edita est canonistarum scientia, quam evangelio, teste Augustino, qui videtur asserere maiorem esse auctoritatem ecclesie quam evangelii, quia “nec evangelio” inquit “crederem nisi auctoritas ecclesie compulisset”. Ergo ad scientiam canonistarum magis pertinet diffinire que assertio catholica, que heretica, est censenda quam ad theologiam. 30 35

Tertia ratio est hec. Ad illam scientiam principaliter spectat discernere que assertio catholica, que heretica, est censenda cuius auctor habet symbolum fidei ordinare et articulos fidei rite distinguere. Sed hoc spectat ad summum pontificem, qui auctor est scientie canonistarum. Ergo ad scientiam canonistarum, et per consequens ad ipsos, principaliter quam ad theologos, pertinet diffinire que assertio catholica, que heretica, debeat reputari. 40 45

### *Capitulum 2*

**PORRO ALII** indubitanter tenent quod ad theologos spectat, non per modum diffinitionis authentice sed per modum doctrine, principaliter diffinire que assertio catholica, que heretica, sit censenda, et quod ad canonistas non pertinet nisi in quantum eorum scientia aliqua ad fidem spectantia a theologia dignoscitur mendicare. 5

Hanc autem suam assertionem rationibus confirmare nituntur, quarum prima hec est. Ad illius scientie tractatores propter quam solummodo dicitur quecumque assertio catholica vel heretica principaliter pertinet diffinire per modum doctrine que assertio est ca- 10

26 approbatione] veritatis seu *added* Ca 32–33 theologie] igitur/ergo probo minorem *added* Ca Pa Ly 34 augustino] contra epistolam fundamenti *added* Ca Pa Vg Ly 35 ecclesie] *omitted* Bb Fi 36 ecclesie] me *added* Ba Es 3 authentice] aut auctoritatis Fi 5–6 eorum scientia] *omitted* Ca 7 mendicare] iudicare Pa 9 tractatores] doctores Bb Fi Ca Pa Vg Ly

tholica, que heretica, reputanda. Sed propter theologiam solummodo quecunque assertio est catholica vel heretica nuncupanda. Illa enim sola assertio que est consona theologie est vere catho-  
 15 lica, illa vero sola que theologie noscitur adversari heretica esse dignoscitur—si enim aliqua assertio quibuscumque decretis sum-  
 20 morum pontificum vel etiam generalium conciliorum aut etiam legibus imperatorum inveniretur adversa, si theologie nullatenus obviaret, quamvis pro falsa, erronea vel iniqua posset haberi, non tamen deberet inter hereses computari. Ergo ad theologie tractato-  
 res principaliter pertinet diffinire per modum doctrine que assertio catholica, que heretica, est censenda.

Secunda ratio est hec. Ad illius scientie tractatores in qua explicite et complete traditur regula fidei orthodoxe principaliter  
 25 pertinet diffinire per modum doctrine que assertio catholica, que heretica, est censenda. Huiusmodi autem est scientia theologie, non scientia canonistarum. Multa enim ad fidem nostram spectantia in theologia reperiuntur explicite de quibus in scientia canonistarum mentio non habetur; nichil autem spectans ad regu-  
 30 lam fidei in eorum scientia poterit reperiri nisi quod a theologia recipiunt. Ergo ad theologos talis diffinitio principaliter noscitur pertinere, ad canonistas autem non spectat nisi in quantum aliqua theologica noscuntur a theologis mendicare.

Tertia ratio est hec. De assertionibus quas scientia superior  
 35 et inferior tractare noscuntur habet scientia superior principaliter iudicare. Sed de quibusdam assertionibus catholicis et hereticalibus theologia, que est superior, et scientia canonistarum, que est inferior, aliquo modo pertractant. Ergo ad theologiam pertinet principaliter de assertionibus catholicis et hereticalibus iudicare,  
 40 et per consequens ad theologos principaliter pertinet diffinire per

---

12 que heretica] *omitted* Bb Fi Pa Vg Ly 13 vel heretica] *omitted* Bb Fi Ca Pa Vg Ly 14–15 catholica] theologica Vg Ly 16 quibuscumque] aliquibus Vg Ly 17 aut] ac Bb Fi Ca Pa Vg Ly 18 si] et Ba Es 19 pro falsa] propterea Pa 23 est hec] *omitted* Bb Fi Pa Vg Ly 23 tractatores] doctores Pa Vg Ly 23–25 in ... pertinet] pertinet Pa Vg Ly 25 diffinire] etc que tractat regulas fidei que tractantur in alia scientia et plures alias et non econtra *added* Pa Vg Ly 25–26 per ... censenda] *omitted* Pa Vg Ly 27 enim] que *added* Pa Vg Ly 27–28 spectantia] spectant Pa Vg Ly 32 in] *omitted* Bb Fi Vg Ly 33 a theologis] noscuntur *added* Bb Fi 35 principaliter] principaliter Vg Ly 36–37 hereticalibus] hereticis Ca Pa Vg Ly Ba 37–38 que<sup>2</sup> ... inferior] *omitted* Ca 39 hereticalibus] hereticis Ca Pa Ly Ba 40 diffinire] et *added* Pa Vg Ly

modum doctrine que assertio catholica, que heretica, est censenda.

Quarta ratio est hec. Ad illius scientie tractatores per quam plures assertiones catholice explicite sub forma propria pertractare approbantur principaliter spectat discernere que assertio catholica, que heretica, est habenda, non ad illam in qua pauces catholice explicite approbantur. Huiusmodi est theologia, non scientia canonistarum, quia in scientia canonistarum pauces catholice sub forma propria pertractantur. Ergo talis diffinitio ad theologos principaliter noscitur pertinere.

Quinta ratio est hec. Ad tractatores illius scientie per quam antequam esset canonistarum scientia veri catholici et fideles veritates catholice approbaverunt, predicaverunt ac occulte et publice docuerunt doctrinasque hereticas et auctores earum confutaverunt, reprobaverunt et etiam dampnaverunt, principalissime pertinet diffinire que assertio catholica, que heretica, est censenda. Huiusmodi autem est theologia, nam antequam canones ederentur apostoli alique discipuli Christi tanquam veri catholici veritates catholice approbaverunt, predicaverunt ac occulte et publice docuerunt doctrinasque hereticas et auctores earum confutaverunt, reprobaverunt et etiam dampnaverunt. Unde et beatus Paulus, sicut legitur ad Titum 3, hereticum hominem post primam et secundam correctionem devitandum docuit. Prima etiam ad Thimotheum 4 asserit manifeste doctrinam “prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus” ad spiritum erroris et doctrinam demoniorum, et per consequens ad pravitatem hereticam, pertinere. Ergo ad theologiam, et per consequens ad theologos, principaliter pertinet diffinitio talis.

45–47 approbantur ... approbantur] pertinet etc Pa Vg Ly 47 catholice] theologice Ca 48 quia ... canonistarum<sup>2</sup>] in quibus Pa Vg Ly 49 catholice] theologice Ca 52 veri] La Vd Fr: viri Bb Fi Ca Pa Vg Ly Ba Es Vc We 52 et fideles] *omitted* Pa Vg Ly 52–53 veritates] assertiones Ca Ba Es Vc We 53–55 predicaverunt ... reprobaverunt] *omitted* Ba Es Vc We 55 et] hereses *added* Ba Es Vc We 55 etiam] *omitted* Pa Ba Es Vc We 58 ederentur] conderentur Fi Ca Pa Vg Ly 58 discipuli] Iesu *added* Pa Vg Ly 58 veri] Ca Lc Fr Ba Br We: viri Bb Fi Pa Vg Ly Vc; *omitted* Es 58–59 catholici] Ca Lc La Fr Ox Av: theologi Bb Fi Pa Vg Ly Ba Es Vc We 64 asserit] docuit Bb Fi Ly, docuit etiam Ca Pa Vg 66 actione] a *added* Ba Es 69 diffinitio] diffinire Ba Es

61–63 Titus 3:10 63–66 1 Timothy 4:3



70 Sexta ratio est hec. Ad tractatores illius scientie cui, quantum  
ad illa que fidei sunt, omnis alia scientia cedit principaliter per  
modum doctrine pertinet diffinire que assertio catholica, que he-  
retica, est censenda. Huiusmodi est scientia scripture divine, que  
75 *c. Noli* et *c. Negare* et *c. Ego solis* et *c. Quis nesciat* et *c. Noli*  
et *c. Neque*, colligitur evidenter. Ergo ad theologos principaliter  
talis diffinitio spectat.

Septima ratio est hec. Ad tractatores illius scientie cuius auctor  
immediatus est Deus, a quo est tota fides nostra, principaliter per-  
80 tinet diffinitio antedicta. Talis autem est theologia, quia scriptores  
scripture divine nichil penitus conscripserunt ex humano ingenio  
sed ex inspiratione divina solummodo, teste beato Petro, qui cano-  
nica sua secunda, c. 1, ait, “Spiritu sancto inspirati locuti sunt  
85 *sancti Dei homines*”. Propter quod docet beatus Petrus, ut patet  
ibidem, quod prophetia scripture divine, per quam totam scriptu-  
ram sacram intelligit, nequaquam est interpretanda humano inge-  
nio, dicens, “Omnis prophetia scripture propria interpretatione  
non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophe-  
tia.” Ergo ad theologos principaliter pertinet diffinitio sepe dicta.

90 Octava ratio est hec. Ad tractatores illius scientie principaliter  
pertinet diffinitio sepe fata cui non licet aliquid addere nec  
auferre. Huiusmodi autem est theologia, Moyse in persona Dei  
dicente, Deuteronomio, 4 c., “Non addetis ad verbum quod vobis  
loquor neque auferetis ex eo”. Cui concordat Salomon, Prover-  
95 biorum 30, qui de sermone Dei loquens ait, “Ne addas quidquam  
verbis illius, et arguaris inveniariusque mendax”. Hinc addentibus  
et auferentibus aliquid ex scriptura divina Spiritus Sanctus per  
beatum Iohannem Evangelistam, Apocalypsis ultimo, terribiliter  
comminatur, dicens, “Si quis apposuerit ad hec, apponet super  
100 illum Deus plagas que sunt in libro isto. Et si quis diminuerit  
de verbis prophetie libri huius, auferet Deus partem eius de libro  
vite et de civitate sancta et de hiis que scripta sunt in libro isto.”

82 qui] in *added* Bb Fi Ca Ly 85–87 per ... scripture ] *omitted* Vg Ly  
92 dei] domini Fi Ca 94 concordat] correspondet Ly 95 ne] non Ba Es  
99 apponet] apponat Bb Pa Es We 100 plagas] scriptas *added* Ba Es Vc  
We 100 que sunt] *omitted* Vulg 102 et<sup>2</sup> ... isto] *omitted* Vg Ly

75 col. 17 75 col. 17 75 col. 17 75 col. 17 75–76 col. 18 76 col.  
18 83–84 2 Peter 1:21 87–89 2 Peter 1:20, 21 93–94 Deuteronomy  
4:2 94–96 Proverbs 30:6 98–102 Apocalypse 22:18, 19

Ex quibus omnibus evidenter colligitur quod ad sacram scripturam nichil est addendum nec aliquid auferendum ex ea. Ergo ad theologos, tractatores scripture divine, principaliter pertinet diffinire per modum doctrine que assertio catholica, que heretica, est censenda. 105

Ecce ad interrogationem tuam assertiones contrarias recitavi et in fulcimentum utriusque partis rationes tetigi fortiores. Nunc ergo considera que probabilior tibi videtur. 110

*Capitulum 3*

*Discipulus*

**QUAMVIS** ex rationibus pro assertione secunda adductis michi tribueris occasionem multa querendi, fateor tamen quod ipsa michi videtur consona veritati, licet ad rationes pro prima assertione nesciam satisfacere michi metipsi. Unde peto ut tu ad eas respondeas. 5

**Magister:** Tu videris tibi ipsi contrarius. In principio enim petisti ut quid de interrogationibus tuis sentirem nullatenus indicarem, nunc autem poscis ut ad aliquas rationes respondeam, ex quo conici potest quod desideras quatenus quid teneam in corde aperiam. 10

**Discipulus:** Quidquid petitio mea ex vi vocis insinuet, nullo modo volebam quod quid in mente habeas intimares, sed petere intendebam ut responsiones aliorum, vel que cogitari possunt ab aliis, recitares, nullatenus exprimendo an eas rationabiles vel irrationabiles putes esse censendas. 15

**Magister:** Ex quo tuam intentionem concipio, faciam quod hortaris. In primis autem volo te scire quod aliquos cognosco theologos qui moderni temporis canonistas tanquam non intelligentes, presumptuosos, temerarios, fallaces, deceptores, cavillatores et ignaros in cordibus suis valde despiciunt, reputantes quod sacrorum canonum intellectum ignorant. Pro quo tali ratione moventur. 20

---

3 tribueris] tribuas Ca Pa Vg Ly 4–5 assertione] parte Ca 5 satisfacere] respondere Fi Pa Vg Ly, respondere nec satisfacere Ca 10 conici] Bb: convinci Ww 10 quod] scire *added* Pa Ba Es Vc We 12 insinuet] insinuat Ca Es; tamen *added* Pa 13 in] *omitted* Fi Vg Ly 13 intimares] indices Pa Vg Ly 14 aliorum] aliquorum Ba Es 17 intentionem] petitionem Bb Fi Pa Vg Ly 17 faciam] facio Bb Fi Pa Vg 18–19 aliquos ... qui] auctores theologi Pa Vg Ly 22 ignorant] ignorent Fi Pa Ly

25 Sacrorum canonum dictatores viri eruditissimi in scientia rationa-  
 26 li, morali et theologia fuerunt, nec per naturam absque predictis  
 27 scientiis canones tam certe tamque profunde veritatis aliquo-  
 28 conscripsissent. Cum ergo canoniste moderni scientias ante dictas  
 29 ignorent, quamvis valeant canonum sacrorum retinere memoriam,  
 30 ad intellectum tamen eorum nequeunt pervenire.

31 **Discipulus:** Nostri temporis canonistas non reputo contemnen-  
 32 dos, licet forte scire sacrorum canonum intellectum, illorum pre-  
 33 cipue qui ex theologia vel ratione naturali accipiuntur et non sunt  
 34 pure positivi, magis ad theologos quam ad canonistas pertineat.  
 35 Sed circa hoc queso hic nullatenus immoreris, quia forte postea  
 de ista materia questionem habebō. Ad rationes ergo prefatas ac-  
 cedas.

36 **Magister:** Quia in hoc opere non sensum meum sed tuam vo-  
 37 luntatem sequi promisi, rationes predictas incipiam pertractare.  
 38 Unde ad primam nonnulli respondent theologi dicentes quod ad  
 39 theologiam, non ad scientiam canonistarum, principaliter spectat  
 40 de approbatione veritatum catholicarum et reprobatione heresum  
 41 dampnatarum tractare. Cuius rationem assignant, dicentes quod  
 42 assertio veritatis est approbatio veritatis—qui enim aliquod dic-  
 43 tum asserit esse verum approbat idem dictum tanquam verum;  
 44 assertio ergo veritatis est approbatio veritatis. Approbatio autem  
 45 veritatis est reprobatio contrarie falsitatis, quia qui aliquam ap-  
 46 probat veritatem per consequens reprobat contrariam falsitatem,  
 47 sicut qui precipit unum contrariorum per consequens prohibet  
 48 aliud, ut notat glossa in decretis § primo. Assertio igitur veritatum  
 49 catholicarum per quandam consequentiam est reprobatio omnium  
 50 heresum contrariarum. Cum ergo per theologiam principaliter ve-  
 ritates catholice asserantur, sequitur quod approbatio veritatum  
 catholicarum et dampnatio heresum principaliter ad theologiam  
 pertineat.

---

23 eruditissimi] acutissimi Bb Fi Pa Vg Ly, eruditissimi acutissimi Ca 23–24 rationali] ■  
 naturali Ca Pa Vg Ly 24 naturam] nullam Vg Ly 31 qui] que Ba Es  
 33 postea] omitted Ca Pa Vg Ly 34 habebō] sed added Ba Es 40 veritatum ■  
 theologiarum added Bb Fim Pa Vg Ly 43 esse] omitted La 44 ergo]  
 enim Pa Vg Ly Ba; omitted Bb Fi 48 §] capitulo Ca Pa Ly 52 et] repro-  
 batio seu added Bb Fi Pa Vg Ly 53 pertineat] pertinet Fi Pa Vg Ly

---

38 primam: 1.24 48 Cf. Gloss, s.v. prohibetur, col. 1

**Discipulus:** Ista responsio videtur michi probabilis. Vellem tamen scire quare dicunt isti quod talis approbatio et dampnatio “principaliter” pertinent ad theologiam, ex quo insinuare videntur quod non tantum ad eam pertineant. 55

**Magister:** Ad istam tuam questionem respondent isti dicentes quod ad scientiam canonistarum pertinent libri decretorum et decretalium, ac alie constitutiones et epistole summorum pontificum licet in predictis libris minime sint inserte. In predictis autem libris et in nonnullis constitutionibus et epistolis summorum pontificum quedam veritates catholice asseruntur et nonnullae hereses reprobantur, licet tam ille veritates quam hereses sint paucae respectu illarum que in theologia habentur. Et ideo non tantum ad theologiam sed etiam ad scientiam canonistarum spectat aliquas veritates catholicas approbare et aliquas hereses reprobare, licet paucas; ad theologiam autem spectat omnes veritates catholicas approbare et omnes hereses reprobare. Quare, licet principaliter tales approbatio et reprobatio ad theologiam pertineant, pertinent tamen secundo nihilominus ad scientiam canonistarum. 60 65 70

Aliam autem rationem adducunt dicentes quod theologia veritates catholicas approbando et hereses reprobando a canonistarum scientia nichil omnino recipit vel mendicat, canonistarum autem scientia veritates catholicas approbando et hereses reprobando a theologia omnia mendicando procedit. Quare hec ad theologiam principaliter et universaliter, ad canonistarum vero scientiam secundo quodammodo et particulariter, pertinere noscuntur. 75

*Capitulum 4*

*Discipulus*

**HAEC RESPONSIO** michi videtur probabilis. Quare rationem secundam pertracta.

**Magister:** Ad secundam rationem respondetur quod, quantum ad ea que fidei sunt, magis credendum est theologie quam cuicumque 5

54 responsio] ratio Vg Ly 54 michi] satis *added* Pa Vg Ly 54 probabilis] satis *added* Ca 56 pertinent] pertinet Vc, pertineat We 57 pertineant] pertinent Vg Ly 61 inserte] insite Vg Ly 63 quedam] per que Ca 63 catholice] CaLcLaVd Vf: theologie Ww 66 etiam] *omitted* Ca 70 tales] *omitted* Ca Pa Vg Ly Ba Es 70 pertinent] *omitted* Ca 74 vel] nichil Vg Ly Es 76 hec] hoc Ca 77 universaliter] utiliter Ly, realiter Bb; pertinere noscuntur *added* Bb Fi Pa Vg Ly; pertinere noscitur *added* Ca 78 quodammodo] *omitted* Bb Fi Ca Pa Vg Ly 78 pertinere noscuntur] tantum Bb Fi Ca Pa Vg Ly

4 secundam: 1.29

alii scientie, nullisque scriptoribus quarumcunque scientiarum ita oportet credere sicut scriptoribus sacre theologie. Auctoritas vero beati Augustini, que adducitur, ut nonnulli dicunt, frequenter a multis contra intellectum beati Augustini, pessime allegatur.

10 Ad cuius intellectum dicunt esse sciendum quod nomen “ecclesie” equivoce in locis variis scripturarum accipitur. Aliquando enim accipitur pro loco corporali divinis officiis deputato, aliquando pro aliquo speciali collegio clericorum, aliquando pro toto collegio omnium clericorum, aliquando pro aliqua multitudine  
15 speciali cleri et populi, aliquando pro tota congregatione fidelium simul in hac vita mortali degentium; aliquando vero nomen ecclesie non solum totam congregationem catholicorum viventium sed etiam fideles mortuos comprehendit.

Et isto ultimo modo accipit ecclesiam beatus Augustinus in libro contra Manicheos, et recitatur 11 dist., c. *Palam*, qui ait, “Palam est quod in re dubia ad fidem et certitudinem valeat catholice ecclesie auctoritas, que ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorum consensione firmatur”, ubi “ecclesia catholica” episcopos et populos a tempore apostolorum usque ad hodiernum diem sibimet succedentes importat. Et sic accipit nomen ecclesie Augustinus cum asserit quod non crederet evangelio nisi eum ecclesie auctoritas compelleret. Ista enim ecclesia scriptores evangelii et omnes apostolos comprehendit, sicut probatum est. Quare ex auctoritate Augustini sane intellecta inferri non potest quod magis sit credendum romano pontifici, canonum conditori, quam evangelio, et per consequens per eam probari non potest quod maior fides exhibenda sit sacris canonibus quam sancto evangelio. Concedunt tamen quod magis credendum est  
35 ecclesie que est multitudo catholicorum omnium qui fuerunt a

---

6 alii ] alteri Ly Ba Es 6 scriptoribus ] aliarum *added* Ca 9 intellectum ] textus *added* Ca Pa Vg Ly 9 pessime ] *omitted* Pa Vg Ly 12 enim ] autem Ca 15 populi ] pape Ca Vg Ly 17 congregationem ] fidelium *added* Ba Es 23 succedentium ] succedentibus Bb Fi Pa Vg Ly 24 consensione ] Fi Ce Fr Es Vf Ox Av Br: assertione Ca Pa, assertione et consensione Ko Lc Ar, assertione consensione La, concessione et assertione Ly, confessione Ba Vc We 31 romano ] summo Bb Fi Pa Vg Ly Ba 32 per eam ] *omitted* Fi Pa Vg Ly 33 exhibenda ] adhibenda Ca Pa We 34 concedunt ] conceditur Pa Vg Ly, concedit Ca

---

7–8 auctoritas augustini: 1.34 20–24 col. 25 27 asserit: 1.36

temporibus prophetarum et apostolorum usque modo quam evangelio, non quia de evangelio sit aliquo modo dubitandum sed quia totum maius est sua parte. Ecclesia igitur que est maioris auctoritatis quam evangelista est illa ecclesia cuius auctor evangelii pars esse dignoscitur. Non est autem mirum si maior est auctoritas totius quam partis. Et ideo maior est auctoritas totius congregationis comprehendentis evangelistas et omnes alios orthodoxos usque ad hec tempora quam unius vel etiam plurium personarum congregationis eiusdem. 40

Quod autem conditor canonum non sit maioris auctoritatis quam evangelium sed multo minoris ipsimet canonum conditores testantur aperte. Urbanus enim papa, ut habetur 25, q. 1, c. *Sunt quidam*, ait, “Sciendum vero summopere est quia inde novas leges potest condere”, pontifex supple Romanus, “unde evangeliste aliquid nequaquam dixerunt. Ubi vero aperte Dominus, vel eius apostoli, et eos sequentes sancti patres aliquid sententialiter diffinierunt, ibi non novam legem Romanus pontifex dare potest, sed potius quod predicatum est usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli et prophete destruere (quod absit) niteretur, non sententiam dare sed magis errare convinceretur.” Ex hiis verbis colligitur evidenter quod conditor canonum multo minoris auctoritatis est quam evangelium sacrosanctum, contra quod novam legem nequaquam condere potest, sed ipsum defendere usque ad animam et sanguinem obligatur; contra quod si novam legem dare presumeret esset de errore per catholicos convincendus. 45 50 55 60

His Fabianus papa concordat, qui, ut habetur 11, q. 3, c. *Qui omnipotentem*, ait, “Qui omnipotentem Deum metuit nec contra evangelium Christi nec contra apostolos nec prophetas vel sanctorum patrum instituta agere aliquid ullo modo consentit”. Ex quibus verbis patenter habetur quod conditor canonum si omnipotentem metuit nichil contra evangelium presumit statuere, et ita non maioris sed minoris auctoritatis quam evangelium esse dinoscitur. 65

---

45 canonum] canonicis Pa Vg Ly 47 ut] et Pa Vg Ly 48 est] *omitted* Ca 50 aliquid] *omitted* Bb Fi Pa Vg Ly 51 apostoli] discipuli Ly, discipuli apostoli Ca 51 et] vel Vg Ly 51 sequentes] sequaces Bb Fi Vg Ly 51–52 diffinierunt] dixerunt diffinierunt Bb Fi Pa Vg 56 convinceretur] convincerentur Fi Ca Vg 57 multo] *omitted* Ba Es 58 novam] nullam Ba 59 sanguinem] sane *added* Ca Pa Vg Ly

- 70 Quod ex plurimis capitulis in libro decretorum insertis clarius luce constat, sicut ex dist. 9, c. *Noli* et c. *Ego solis* et c. *Quis nesciat* et c. *Noli* et c. *Neque*, et ex dist. 11, c. *Consuetudinem*, et ex dist. 14, c. *Sicut*, et ex causa 11, q. 3, c. *Si is qui preest*. Alie auctoritates quamplurime quas longum esset recitare hoc idem
- 75 asserunt manifeste, et propter easdem rationes dicunt quod tota multitudo Christianorum nunc vita mortali viventium non est maioris auctoritatis quam sit sanctum evangelium, quia multitudo viventium evangelium debet usque ad animam et sanguinem defensare.

---

71–72 c<sup>2</sup> ... et<sup>2</sup>] *omitted* La 74 esset] foret Pa Vg; enarrare seu *added* Pa Vg Ly 75 quod] hec *added* Vg Ly 77–78 multitudo] gentium *added* Pa Vg Ly

---

71 col. 17 71 col. 17 71–72 col. 17 72 col. 18 72 col. 18 72 c. Nos consuetudinem, col. 25 73 col. 33 73 col. 671

*Capitulum 5**Discipulus*

**AD ISTAM** secundam rationem michi videtur quod responsionem rationabilem recitasti. Nunc autem referas michi queso quomodo ad rationem tertiam responderetur.

**Magister:** Ad rationem tertiam respondent nonnulli dicentes quod summus pontifex debet sacrarum literarum habere notitiam et etiam in sacris canonibus debet esse peritus, et ideo symbolum ordinare et articulos fidei recte distinguere spectat ad ipsum precipue, cum consilio et consensu concilii generalis. Sed in symbolum ordinando et articulos fidei distinguendo, et eadem ratione in diffiniendo authentice que assertio est catholica et que heretica reputanda, theologie principaliter debet inniti; secundo autem in sacris canonibus poterit se fundare. Et ideo ex ista ratione concludi potest quod ad theologos spectat principaliter diffinire docendo, non legem aliis imponendo, que assertio inter catholicas, queve inter hereticas, debeat numerari.

**Discipulus:** Puto quod quicumque intelligens hec que scripsisti perlegerit tenebit indubie quod ad canonistas non pertinet de multis assertionibus iudicare an catholice vel heretice sint censende, et de quibuscumque assertionibus canoniste discernunt an inter catholicas vel hereticas debeant numerari, necesse est eos ad theologiam recurrere si voluerint ad profunda resolvere, presertim cum nulla assertio vere catholica vel heretica sit habenda nisi quia theologie consonat aut repugnat. Quare non arbitror quod aliquis literatus aliquo modo opinetur quod ad canonistas qui non sunt theologi pertineat principaliter diffinitio sepe fata.

*Capitulum 6**Magister*

**MULTA NIMIS** ignoras. Scio enim quosdam canonistas qui theologos deridere presumunt cum investigare nituntur de multis assertionibus an debeant inter hereses computari, dicentes quod talis investigatio ad canonistas, non ad theologos, noscitur pertinere.

**Discipulus:** De hoc quod dicis vehementer admiror, quia dictum huiusmodi nullam videtur probabilitatem habere. Narra tamen si

1 capitulum 5] *no chapter division* CaLcLaVdFr 2 secundam] *omitted* Pa Ba Es 3 rationabilem] *rationalem* Bb Fi, *totalem* Pa Vg Ly 7 etiam] *omitted* Bb Pa Vg Ly 9 sed] *etiam* Ly, et Ca Pa Vg 14 theologos] *theologiam* Ca 15 non] *vel* Fi Pa Vg Ly Vcm 16 queve] *Fi Vd Ba To We: que vero* Es Vc, *que* Bb Ca Pa Vg Ly 22 voluerint] *volunt* Ba Es We 23 vere] *omitted* Ca 25 aliquo modo] *qualitercunque* Ca Pa Vg Ly



pro se aliquam rationem huiusmodi assertores allegant.

10 **Magister:** Audivi quod ex hoc moventur tantummodo, quod theologi, cum ipsi vel alii de heresi accusantur vel alios accusare conantur, libellos accusationis, responsionis, appellationis et huiusmodi componere nesciunt nec formare, sed ad canonistas oportet eos habere recursum. Quare dicunt quod ad canonistas, non ad theologos, spectat discernere que assertio catholica vel heretica  
15 est censenda.

**Discipulus:** Ista ratio michi apparet tam frivola quod responsione non indiget. Aliud est enim discernere que assertio catholica queve heretica est putanda, aliud est scire formulas actionum et modum agendi contra hereticos in iudicio, ac etiam modum in  
20 iudicio defendendi de heresi accusatos—primum ad theologos, secundum ad iuristas noscitur pertinere: quemadmodum aliud est cognoscere denarios veros a falsis, aurum ab auricalco, equos sanos ab egris, arma fortia et fabrefacta ab aliis, et aliud est scire si aliquis de aliquo predictorum voluerit in iudicio aliquem accusare, et accusatus se nisus fuerit defensare, quomodo libelli  
25 accusationis, responsionis, appellationis, et huiusmodi quibus uti in iudicio fuerit oportunitate confici debeant et formari—primum ad monetarios, aurifabros, fabros ferri et fabricatores armorum spectare dinoscitur, secundum vero ad iuristas non est dubium  
30 pertinere. Unde per istam rationem probare contingeret quod ad iuristas pertineret discernere quod aurum est verum, quod falsum, qui panni sunt artificialiter facti, qui aliter, que edificia sunt utilia quibuscumque, que inutilia, et, ut concludam breviter, de omnibus mechanicis et rebus naturalibus universis que in usum  
35 veniunt hominum haberent principaliter iuriste discernere qualia essent secundum naturam suam vel artem, cum de omnibus huiusmodi contingat in iudicio litigare. In quo casu necesse est litigatores pro libellis accusationis, responsionis, appellationis et huiusmodi ad iuristas habere recursum. Constat autem quod sepe  
40 iuriste periti de rebus minimis an sint tales quales debeant esse, secundum naturam vel artem a qua fiunt, nesciunt iudicare;

10 alios] aliquos Vg Ly Es 15 est] sit Ca Ly 17 assertio] est *added* Ca Ly 18 est<sup>1</sup>] sit Pa Vg 18 actionum] accusationum Bb Fi Ca Vg Ly 19 in iudicio<sup>1</sup>] *omitted* Ca Ly 24 aliquis] aliquid Ly, aliquod Ca 24 aliquem] *omitted* Ca Es 25 fuerit] excusare et *added* Ca Pa; excommunicare et *added* Bb Vg 31 iuristas] iuristam Ca Vg Ly Ba Es 31 pertineret] pertinet Pa Ba Es Vc 32 sunt<sup>1</sup>] sint Ly 37 huiusmodi] *omitted* Pa Vg 40 debeant] debent Bb Fi Ca Vg Ly

quomodo tamen de talibus rebus recuperandis vel defendendis in iudicio oporteat formare libellos, et alia que spectant ad formam agendi et defendendi coram iudice, non ignorant.

**Magister:** Ecce interrogationem tuam primam iuxta formam quam michi prefixisti breviter pertractavi. Nunc autem propone aliam, vel quiescere me permittas. 45

*Capitulum 7*

*Discipulus*

**QUIA ALIQUI** canoniste putant, ut dicis, quod ad ipsos principaliter spectat inter assertionem catholicam et hereticalem discernere, cum tamen michi videantur falcem suam mittere in messem alienam si hoc absque theologia attemptare presumpserint, eo quod nec absque theologia capitula in decretis inserta que de heresibus eloquuntur intelligere queant, dic michi, obsecro, parum a principali proposito disgreduendo, quid sentiunt literati de intellectu eorum que in decretis habentur, ad quos videlicet principaliter et profundius pertinet illorum intellectum cognoscere. 5 10

**Magister:** Circa questionem tuam inveniuntur opiniones contrarie. Canoniste enim sentire videntur quod ipsi non solum habent memoriam maiorem eorum que in libris iuris canonici inseruntur, sed etiam illa clarius et magis profunde intelligunt et quis sit intellectus ipsorum ad ipsos spectat principaliter iudicare, saltem per modum doctrine. Pro hac autem opinione videntur tali ratione posse moveri. Iuxta sententiam sapientis, unusquisque bene iudicat de hiis que novit et horum bonus est iudex. Canoniste autem magis noscunt illa que in libris eorum traduntur quam alii. Ergo ad ipsos de intellectu eorum principaliter pertinet iudicare. 15 20

Iterum pro ista opinione alia ratio potest adduci. Quia ad nullos magis spectat aliquorum notitia quam ad tractatores illius scientie que ipsa considerat, ergo ad nullos magis spectat notitia illorum que in iure traduntur canonico quam ad tractatores canonici iuris,

---

43 oporteat] oportet Bb Fi Pa Vg 46 propone] pone Bb Fi Pa Vg 3 hereticalem] hereticam Pa Vg Ly Ba Es 5 attemptare] temptare Bb Fi Pa Vg 6 inserta] omitted Pa Vg 7 intelligere] intelligi Ca 10 cognoscere] agnoscere Ba Es We 14 intelligunt] omitted Ca Ly 21 potest] posset Ca Ly

---

4–5 cf. Deuteronomy 23:25 17–18 Cf. Aristotle, *Nicomachean Ethics* I.4, 1094b 33

25 cuiusmodi sunt canoniste. Ad ipsos ergo principaliter spectat de intellectu illorum discernere.

*Capitulum 8*

**SED ALIIS** ista opinio minime placet. Dicunt enim quod ad canonistas spectat, de multis que reperiuntur in libris eorum, maiorem habere memoriam: de pluribus autem et tenaciorem memoriam et profundiorum intellectum theologos, si perfecti fuerint, oportet habere; nonnulla vero secularium legum periti et profundius intelligunt et non minori commendant memorie; quedam autem naturali prediti ratione et in philosophia eruditi morali ac scientie rationalis nequaquam ignari et plenius intelligunt et non minus memorie noscuntur imprimere. Nulla vero canoniste intelligunt profundius, licet propter maiorem multorum memoriam quis sit aliquotiens intellectus quorundam promptius valeant explicare, ad quem alii tardius, licet profundius, cum magno labore et studio pervenirent. Si autem aliqui canoniste in scientia rationali, in philosophia morali, iure civili, et theologia plene essent instructi, ad illos principalissime pertineret ea que in libris habentur eorum et tenaciori memoria retinere et de ipsorum intelligentia promptius et perfectius iudicare.

Ad evidentiam autem predictorum dicunt isti esse notandum quod libri canonistarum non sunt nisi quedam collectiones ex auctoritatibus Bible et originalium theologorum sanctorum et ex quibusdam legibus imperialibus, et ex constitutionibus ac diffinitionibus sive determinationibus conciliorum et summorum pontificum in quibus quedam pure theologica explicantur et declarantur, sicut in illis quibus hereses condemnantur et veritates catholice approbantur, ut patet Extra, De summa trinitate et fide catholica, c. 1, et c. *Dampnamus*, et Extra, De hereticis, *Cum Christus*, et in pluribus aliis capitulis in decretis insertis. Quedam vero pure

1 capitulum 8] *no chapter division* Ca; discipulus narra aliam opinionem magister *added* Fr Ly 4 et] *omitted* Fi Pa Vg Ly 6 nonnulla] nonnulli Ca Pa Ly 7 quedam] quidam Fi Ly Ba Es Vc, quidem Ca Pa Vg 9 rationalis] naturalis Bb Fi Ca Pa Vg Ly 10 nulla] nonnulli Vd Ly, nulli Bb Ca 13 alii] theologi Ca Pa 14–15 rationali] naturali Ca Pa Ly 19 predictorum] istorum/illorum Bb Fi Pa Vg 22 ac] *omitted* Ca Ly 25 illis] in *added* Ca Ly Ba 25 condemnantur] dampnantur Ca Ly 25 catholice] theologice Ly 28 pure] principia Lb Vb Ar

moralia traduntur in eis que nulla possunt ratione convelli, sicut in capitulis decretorum et decretalium patet innumeris. Quedam autem precipiuntur in eis et prohibentur que sunt pure positiva ex humana dependentia voluntate, que pro necessitate et utilitate possunt rationabiliter variari seu penitus abrogari, ut patet Extra, De consanguinitate et affinitate, c. *Non debet*, et dist. 14, c. *Sicut quedam*.

Ex hiis dicunt quod de theologicis in libris canonistarum inventis, tam quantum ad memoriam quam quantum ad intellectum, theologi, si sunt perfecti, canonistas excedunt, licet nonnumquam non oporteat theologum illorum verborum habere memoriam sub quibus sententia pure theologica in capitulo determinationis ecclesie explicatur. Quo ad leges autem imperiales que in libris reperiuntur prefatis, sicut patet 2, q. 6, c. *Propter superfluam*, et in aliis capitulis multis sequentibus et alibi in multis locis, nec quantum ad memoriam nec quantum ad intellectum sunt canoniste preferendi civilis iuris peritis. Quantum vero ad pure moralia que nulla possunt ratione mutari, si universalia sunt, nec in memoria nec in intellectu possunt canoniste naturali preditos ratione et in philosophia instructos morali et perfectos in scientia rationali excedere quoquo modo. De illis vero que particularia sunt et tamen nequaquam dispensationem recipiunt, canoniste maiorem possunt habere memoriam ac etiam de intellectu eorum promptius iudicare, sed ad alios profundius, quia per priora principia, licet tardius et cum maiori labore, pertinet de intellectu discernere eorumdem. Illa autem que pure positiva sunt et ex causa poterunt variari canoniste magis memoriter retinent; sed non habent profundius iudicare.

### Capitulum 9

### Discipulus

29 convelli] divelli Ba Es 31 pure] principia Vb Pb 32 que] hec autem Pa Vg 34 14] 9 Ca Ly 35 quedam] quidam Bb Pa Vg 36 in] omitted Ba Es 38 sunt] sint Vg Ly 38 nonnumquam] nunquam Ca Pa Vg Ly 39 non] omitted Ca Pa Vg Ly Vc 39 theologum] theologos Bb Fi Ca Pa Vg Ly 39–41 sub ... imperiales] omitted Ba Es 45 pure] omitted Ly; principia Ko Lb Vb Pb Ar Pz 48–49 rationali] naturali Pa Ly 52 alios] alia et ad theologiam Ca; scilicet theologos added Vd Ly 54 eorumdem] eorum Ly We 54 pure] principia 54 sunt] omitted Pa Vg 55 memoriter] in memoria Ca Pa Vg Ly

**ISTAM SECUNDAM** opinionem pro parte libenter attendo, quia quantum ad illa que dicit de theologicis et legibus imperialibus ac pure moralibus universalibus videtur omnino rationabilis estimanda. Sed quantum ad moralia particularia et pure positiva que in libris solummodo canonistarum sunt tradita, non apparet probabilitatem habere. Nullus enim, non dico profundius sed nec aliquo modo, potest iudicare de illis que non novit. Cum igitur talia ad notitiam tractatorum aliarum scientiarum nequaquam pertineant, ad ipsos nullo modo pertinet iudicare de illis. Verumtamen vellem scire si pro illa assertionem rationes aliquae apparentes valeant cogitari.

**Magister:** Assertionem prefatam nonnulli ratione et exemplo probare nituntur, ratione sic. Scientia superior de traditis in scientia inferiori subordinata sibi certius potest et profundius iudicare quam scientia inferior. Sed scientia canonistarum, quantum ad multa moralia particularia et que valent variationem recipere, est scientia inferior subordinata theologie, et quantum ad multa talia subordinata est philosophie morali, sicut particularia subordinantur universalibus. Ergo de talibus potest theologia et philosophia moralis certius quam canonistarum scientia iudicare.

Secundo sic. De illis agibilibus particularibus que variari possunt illa scientia potest certissime iudicare contra quam nihil valet in particulari ordinari vel statui, et per quam si aliquid fuerit inique statutum debet omnimode reprobare. Huiusmodi autem respectu agibilium particularium et que mutari possunt in iure canonico repertorum noscitur esse tam theologia quam vera philosophia moralis. Ergo de illis vel theologia vel philosophia vera moralis habet certissime iudicare. Maior evidentiam apertam videtur habere; minor tali ratione probatur. Constitutio ecclesiastica non est maioris dignitatis aut firmitatis quam ecclesiastica consuetudo. Sed omnis consuetudo tam veritati scripture divine quam iuri naturali—quod non solum “in lege et in evangelio” sed

4 universalibus ] naturalibus Fr Pa Ly, rationalibus Fi, utique Vg Es 4 rationabilis] rationalis Bb Fi Vg Ly 7 habere ] unde posset argui tali ratione added Ly 19 est ] omitted Ba Es 23–24 contra ... et ] omitted Ca Ly 23–24 nihil ... quam ] omitted Pa 25 reprobare ] et contra quam nihil valet in particulari ordinari vel statui added Ca Ly 26 mutari ] numerari Ca Pa Vg 28–29 vera ] omitted Ca Ly 29 apertam ] omitted Ca Pa Vg Ly 31 maioris ] minoris Bb Fi Ca Pa Vg Vc 33 quam ] etiam added Ca Ly

2 secundam opinionem: 2.2 33 Cf. Gratian, dictum ante dist. 1, c. 1, col. 1

etiam in vera philosophia morali habetur—cedit, si ei inveniatur  
adversa, et per consequens si aliqua consuetudo fuerit theologie 35  
vel vere philosophie morali contraria est omnimode reprobanda.  
Ergo si quecunque constitutio ecclesiastica alteri predictarum  
scientiarum probata fuerit adversari, est dampnanda. Ex quo in-  
fertur quod de omnibus talibus habet theologia et philosophia vera  
moralis certissime iudicare. 40

Hec ratio confirmatur auctoritate beati Cypriani qui, ut habe-  
tur dist. 8, c. *Consuetudo*, ait, “Consuetudo que apud quosdam  
irrepserat impedire non debet quo minus veritas prevaleat et vin-  
cat. Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est.” Ex qua  
auctoritate et aliis que in eadem distinctione ponuntur—scilicet c. 45  
*Veritate* et c. *Si consuetudinem* et c. *Qui contempta veritate* et c.  
*Frustra* et c. *Si solus*—colligitur quod omnis consuetudo veritati  
contraria ubicunque reperiatur, sive in theologia sive in philoso-  
phia morali, est penitus postponenda. Ex quo sequitur quod etiam  
omnis constitutio ecclesiastica si veritati fuerit inimica debet 50  
respui et dampnari. Hinc Gratianus dist. 8, § *Dignitate*, ait, “Digni-  
tate vero ius nature similiter prevalet consuetudini et constitutioni.  
Quecunque enim moribus accepta sunt vel scriptis comprehensa,  
si naturali iuri fuerint adversa, vana et irrita sunt censenda.” Et  
dist. 9, § 1, ait, “Liquidum igitur apparet quod consuetudo naturali 55  
iuri postponitur . . . Quod autem constitutio naturali iuri cedat  
multiplici auctoritate probatur.” Et § ultimo ait, “Cum ergo in  
naturali iure nichil aliud precipiatur quam quod Deus vult fieri,  
nichilque vetetur quam quod Deus prohibet fieri, denique cum in  
canonica scriptura nichil aliud quam quod in divinis legibus inve- 60

34 ei] enim Vg 37 constitutio] consuetudo Bb Fi Ca Pa Vg Ly 41 ratio]  
auctoritas Vg 44 sine ... est] sine veritate sive veritate contraria vetustas  
erroris est Ca Ly; et vetustas veritati contraria erroris est Vg 45 auctoritate]  
veritate Bb Fi Pa Vg 45 distinctione] 8 added Ca 45 scilicet] *omit-*  
*ted* Ca 46 si] secundum An Ca Vg 48 contraria] *omitted* Bb Fi Es  
Vc 49 postponenda] contemnenda Ca Ly 49 etiam] *omitted* Pa Vg Vc  
50 inimica] contraria Pa Vg 52 nature] naturale Ca Pa Ly Ba 53 moribus]  
moralibus Pa Ly 53 scriptis] scripturis Ca Pa Ly 56 postponitur ... iuri<sup>2</sup>]  
*omitted* Pa Vg 56 constitutio] consuetudo Ca Ly 56 cedat] postponitur  
Ca Ly, cedit Vg 57 et] etiam Ca Pa 57 ultimo] ubi *added* Ca 60 quod]  
*omitted* Bb Fi Pa Vg We

42–44 col. 15 45–46 col. 14 46 col. 14 46 col. 14 46–47 col. 15  
47 col. 15 51–54 col. 13 55–57 col. 16 (last paragraph of dist. 8 and first  
of 9) 57–65 col. 18

niatur, divine vero leges natura consistant: patet quod quecunque divine voluntati seu canonicè scripture contraria probantur, eadem et iuri naturali inveniuntur adversa. Unde quecunque divine voluntati seu canonicè scripture seu divinis legibus postponenda  
 65 censentur, eisdem naturale ius preferre oportet.” Ex hiis patenter habetur, ut apparet istis, quod quecunque in iure canonico theologie vel iuri naturali—quod non solum in theologia sed etiam in philosophia morali (eo quod incepit “ab exordio rationalis creature”, ut habetur dist. 6, § *His*) continetur—invenirentur contraria  
 70 per alteram scientiarum dictarum essent penitus reprobanda. Ergo utraque de talibus habet certissime iudicare, et eo certius scientiarum huiusmodi tractatores haberent de talibus iudicare quam canoniste quo principiis certioribus, dignioribus, prioribus et universalioribus uti noscuntur.

75 Secundo principaliter isti assertionem suam exemplo moliuntur ostendere, referentes quod cum commentator librorum beati Dionysii de multis capitulis a suis emulis, qui papam et cardinales muneribus corrumperant, accusatus cogeretur in consistorio respondere, ipse tanquam purus philosophus et theologus omnino  
 80 iuris ignarus a papa petiit advocatum. Cui papa respondit, “Absit ut tibi, qui inter omnes mundi clericos literatior reputaris, hanc confusionem faciamus ut alius pro te loquatur. Pro te ipso loquaris.” Qui, cernens malitiam, recepta copia obiectorum, et acceptis ad deliberandum trium dierum indutiis, quarta die respondit ad  
 85 omnia legum civilium et iurium canonicorum quamplurium contra ipsum allegatorum, in quibus adversarii suam intentionem insolubiliter, ut putabant, fundaverant, per theologiam et rationem naturalem, ita patenter pro se intellectum assignans quod iudicio omnium intelligentium cuncte leges et iura que contra ipsum  
 90 fuerant allegata pro ipso liquido concludebant. Unde, ut fertur, cardinales sibi contrarii postmodum eius emulos arguentes dixe-

---

61 natura] in illa Ca Vg Ly 67 solum] est *added* Ly 68–69 eo ... continetur] *omitted* Ly 70 essent] esset Bb Ca Pa Vg 70 ergo] et *added* Pa Vg 72 haberent] habere Vc 79 omnino] omnis Ca Ly 81 qui] *omitted* Bb Pa 83 et] *omitted* Bb Fi Pa Vg 84 indutiis] indiciis Bb Vg 86 intentionem] sententiam Ba Es

---

68–69 col. 11 76–98 The story is probably about Grosseteste. See David Luscombe, “William of Ockham and the Michaelists on Robert Grosseteste and Denis the Areopagite”, in *The Medieval Church: Universities, Heresy and the Religious Life*, ed. P. Biller and B. Dobson, Woodbridge 1999.

runt, “Vos dixistis istum episcopum nescire leges et iura. Ipse scit principia, radices et causas omnium legum et iurium.” Ex quibus isti concludunt quod ille theologus, qui et magnus philosophus, multo certius, clarius et profundius iudicavit de intellectu iurium, quorum antea nullam habuerat omnino memoriam, quam theologie et rationis naturalis ignari, qui tamen ab infantia in illis fuerant enutriti. 95

*Capitulum 10*

*Discipulus*

**NUNC ADVERTO** quod assertiones que apparent prima facie false non sunt penitus contemnende. Assertionem enim pro qua fortiter allegasti in principio omnino irrationabilem arbitrabar, nunc autem non videtur michi omni probabilitate carere. Unde ad rationem contra eam quam tetigi qualiter ipsius respondeant defensores enarra. 5

**Magister:** Rationem illam valde despiciunt, dicentes quod est illorum qui naturam, originem et ordinem scientiarum ignorant. Aiunt enim quod quemadmodum aliquis optime iudicat de mechanicis et aliis que tamen facere nescit, sicut multi qui pingere, scribere, arma et naves ac alia artificialia fabricare ignorant melius quam ipsi artifices iudicare noscuntur, ita scientie superiores tractantes causas et principia illorum que in scientiis inferioribus considerantur certius et clarius valent iudicare de illis, si eis proponantur, quam ille scientie inferiores. Unde et habentes perfectam notitiam scientie subalternantis que cognoscit principia scientie subalternate certius iudicant de conclusionibus, et etiam principiiis, scientie subalternate quam habens tantummodo notitiam scientie subalternate. Ita theologi et veri philosophi, propositis illis que in iure tractantur canonico, profundius et certius poterunt iudicare de illis, quamvis sepe cum maiori labore. 10 15 20

94 et] est Ca Pa Ly, erat Ko 95 multo] multa Bb Pa 3 contemnende] condemnande Pa Ly 4 in principio] non puto Pa 9 naturam] nullam Bb Fi Vg Ly 9 ignorant] noverunt Bb Fi Pa Vg Ly 10–11 mechanicis] metaphysicis Ly 11 facere] fere Bb Vg Ly 13 superiores] superioris La Pa Ba Vc We 14 tractantes] tractatores Pa Ba Vc We 14 scientiis] istis Pa Vg Ly 16 ille] alie Ca 17 subalternantis] superalternantis Bb Vcm 17–18 que ... subalternate] omitted Ca Pa Vg Ly 18–20 et ... notitiam] omitted Pa Ly Es 20 ita] item We 22 sepe] omitted We; tamen added Vg Ly

3 assertionem: 8.2 6 rationem: 9.7 9 See J.A. Weisheipl, “Classification of the Sciences in Medieval Thought”, *Medieval Studies*, 27 (1965), pp. 54-90.



- Discipulus:** Video quod ratio mea concludit de scientia solummodo que non est alteri subalternata nec subordinata, nam, ut  
 25 evidenter aspicio, de scienti cui alia scientia superior precipit, sicut est de frenefactiva respectu equestris et de illis que architectonice subiciuntur, de quibus in libro ethicorum et in libro politicorum fit mentio, et de scientia cuius principia in scientia superiori traduntur, apparentiam non videtur habere. Et ideo  
 30 de theologia et scientia canonistarum dinoscitur colore carere, quia scientia canonistarum a theologia recipit sua principia, teste Innocentio tertio qui, ut habetur Extra, De accusationibus, c. *Qualiter et quando*, asserit manifeste quod “ex auctoritatibus novi et veteris testamenti processerunt postea canonice sanctiones”.  
 35 Quamvis igitur de istis possem querere multa, quia tamen canoniste, aliarum scientiarum terminos ignorantes, eorum intellectum non caperent, cupio autem ut in hoc opere quantum potueris sic terminos proprios aliarum scientiarum a theologia et scientia canonistarum evites quod omnia canoniste intelligant. Idcirco illa  
 40 que dicta sunt de ista materia sufficiant, nec curo quod ad rationes pro prima opinione respondeas, quia modo valde debiles michi videntur et qualiter responderi potest ad eas per predicta satis apparet.
- Magister:** Considero quod si predictam materiam exquisitius indagares, ad multas assertiones quas aliquando falsissimas reputasti posses faciliter inclinari. Unde si aliquid circa predicta adhuc  
 45 animum tuum angit, si placet tibi propone.

*Capitulum 11**Discipulus*


---

23 ratio] responsio Pa Ly 25 precipit] principatur Pa Ly 26 est] omitted Pa Vg Ly 28 politicorum] Fi Fr Lb Pa Vb Pb Ar Pz Ly: physicorum Ww 34 sanctiones] discipulus added Ba We 35 possem] posses Pa Vg 37 ut] omitted Vg Ly 37 potueris] poteris Ca Ly Ba We 44 exquisitius] exquirentius Ca Vg Ly 45 falsissimas] facillimas Vg Ly 47 angit] anxerit Bb Ca Vg Ly

---

26–28 Cf. Aristotle, *Nicomachean Ethics*, I.1, 1094 a10 and *Politics*, III.11, 1282 a5-6, 17-24; see also *Posterior Analytics*, I.13, 78 b35-79 a13 and *Physics* II.2, 194 a7-12, 33-194 b8. For Ockham’s views on subalternation see *Summa logice*, III.ii.21 (G. Gál and S. Brown, eds. *Opera Philosophica*, 1 (St Bonaventure, 1974), pp. 539-42 and J. Livesey, “William of Ockham, the Subalternate Sciences and Aristotle’s theory of *metabasis*”, *British Journal for the History of Science*, 18 (1985), pp. 127-45. 32–34 col. 746

**SI CIRCA PREDICTA** omnia que volvo in animo tibi proponerem et tu ad omnia responderes sicut cepisti, librum maximum faceremus. Ideo illis omissis ad aliam interrogationem memoratis annexam accedo. Sepe audivi quod assertio alicuius est catholica, ipse tamen non est catholicus, et nonnumquam assertio alicuius hereticalis ostenditur, et tamen ipse inter hereticos minime computatur. Ex quo videtur quod ad alios poterit pertinere que assertio est catholica et que heretica iudicare et ad alios quis hereticus et quis catholicus est censendus discernere. Quamobrem interrogo an ad theologos vel canonistas spectet inter hereticos et orthodoxos discernere.

**Magister:** Aliqui canoniste sentire videntur quod ad ipsos principaliter spectat inter hereticos et catholicos iudicare. Pro qua opinione potest sic argui. Ad illos principaliter spectat diiudicare hereticos, et per consequens inter hereticos et catholicos iudicare, qui de hereticis exquisitius et magis ex intentione considerant; huiusmodi sunt canoniste. Unde et in libro decretalium specialis titulus satis prolixus de hereticis est insertus; in decretis etiam de hereticis sepe diffuse tractatur. In theologia autem de hereticis raro fit mentio. Unde et nomen heretici in uno loco solummodo Biblie, scilicet ad Titum 3 invenitur. Quare ad canonistas principaliter pertinet hereticos secernere ab orthodoxis.

Sed alii opinionem predictam reputant omnino falsam, dicentes quod ad theologos spectat quis reputari debeat catholicus, quis hereticus, iudicare, sed canoniste habent ostendere qua pena, postquam aliquis fuerit factus hereticus, debet secundum canonica iura puniri, quemadmodum iudex secularis, licet nesciat

---

2 circa] *omitted* Pa Vg Ly 2 predicta] illa Pa Ly 2 volvo] vellem Vg Ly, vovero Fi 2–3 proponerem] proponere Ly 4 faceremus] et *added* Ca 4–5 memoratis annexam] *prememorata* Ly 5 accedo] accede Ly 5–6 alicuius ... assertio] *omitted* Vg Ly 7 ostenditur] dicitur Pa Vg Ly Ba Es 8 quo] quibus Ca 8–9 que ... iudicare] *omitted* Bb Fi Pa Vg Ly 10 censendus] et que assertio catholica et que hereticalis *added* Bb Fi Pa Vg Ly 10 quamobrem] quare breviter Ca 11 spectet] spectat Bb Fi Ca Pa Vg Ly Ba Es 13 sentire] tenere Bb Fi Pa Vg Ly 13–14 principaliter] *omitted* Pa Vg Ly 15 principaliter] principaliter Ly Ba Es 15–16 diiudicare ... consequens] *omitted* Ly 16–17 iudicare] diiudicare Ly 20 sepe diffuse] satis diffuse sepe Ca 21–22 solummodo] *omitted* Ca 22 titum] Timotheum Fi Ly 23 secernere] discernere Bb Fi Ca Pa Vg Ly Ba Es 24–25 dicentes] dicunt enim Ca 27 factus] effectus Ba Es 27 debet] debeat Ca Pa Ly

30 aliquem convincere esse hereticum, postquam tamen fuerit sibi  
 tanquam hereticus ab ecclesia derelictus, non ignorat qua pena  
 secundum iura civilia sit plectendus. Iudex igitur ecclesiasticus, si  
 aliquis coram eo fuerit tanquam hereticus accusatus, habet primo  
 consulere theologos quomodo oportet talem convincere et post-  
 35 modum per canones debet eum condigne pene subiicere. Quod  
 autem theologi principaliter inter hereticos et orthodoxos discern-  
 ant isti ostendunt, dicentes quod nullus est habendus hereticus  
 nisi quia heresi pertinaci animositate adheret. Sed ad theologos  
 non solum que assertio est inter hereses numeranda, sed etiam  
 que adhesio debet pertinax estimari principaliter spectat discer-  
 40 nere. Ergo etc.

*Capitulum 12**Discipulus*

**LICET MIHI** videatur probabile quod ad theologos pertinet prin-  
 cipaliter iudicare que assertio catholica, que heretica, est censen-  
 da, adhuc tamen ignoro an ad ipsos principaliter spectet quis per-  
 5 tinaciter, quis non pertinaciter, adheret pravitati heretice diffinire.  
 Et ideo nescio an ad eos principaliter pertineat inter hereticos  
 et orthodoxos distinguere, quia error absque pertinacia errantem  
 non reddit hereticum. De hoc igitur velis disserere.  
**Magister:** De hoc quidam canoniste a theologis discordare vi-  
 10 dentur, dicentes quod ad canonistas principaliter pertinet iudicare  
 quis est pertinax iudicandus, ad quod ponendum rationibus in-  
 fra scriptis videntur posse moveri, quarum prima talis est. Nul-  
 lus errans contra fidem catholicam est pertinax iudicandus nisi  
 qui correctus a suo prelato suum defendit errorem. Ad quos ergo  
 15 spectat considerare quomodo errantes corripi debeant a prelatis,  
 ad illos principaliter spectat discernere quis est pertinax iudican-  
 dus. Sed canoniste principaliter tractant quomodo errantes corripi  
 debeant a prelatis, quia ipsorum est scire quando et quomodo  
 prelati debeant contra errantes procedere, quod ad theologos mi-  
 20 nime spectat. Canoniste enim, non theologi, de accusationibus,

31 plectendus ] puniendus Ca 34 debet ] habet Bb Fi Vg Ly 35 inter ] su-  
 per Pa Vg Ly 37 quia ] qui Bb Fi Pa Vg Ly Ba Vc; in *added* Pa Vg 37 sed ]  
 quia *added* 39 que adhesio ] qui auctor eius Ca Pa Vg Ly 2 pertinet ] perti-  
 neat Ca Pa Vg Ly 5 quis ... pertinaciter ] *omitted* Bb Ba Es 10 canonistas ]  
 theologiam Pa Vg Ly 10 principaliter ] non *added* Pa Vg Ly 11 iudicandus ]  
 et non ad theologos *added* La 14 correctus ] corrigendus Pa Ly 15 considerare ]  
 determinare Pa Ly 16–18 ad ... prelatis ] *omitted* Vg Es 20 enim ] autem  
 Ba Es

denunciationibus, inquisitionibus heretice pravitatis et etiam de citationibus, interrogationibus et examinationibus hereticorum et aliis que spectant ad iudicarium ordinem circa errantes servandum cognoscunt. Ergo ad canonistas pertinet principaliter scire quis est pertinax et hereticus iudicandus. 25

Secunda ratio est hec. Pertinacia est quedam contumacia, secundum quod Gregorius innuit, ut habetur dist. 15, c. *Non licuit*, et beatus Augustinus, ut legitur 24, q. 3, c. *Qui in ecclesia*. De contumacia autem principaliter tractant canoniste, cum contumacia attendatur vel respectu non venientis, vel respectu non restituentis, vel respectu non respondentis aut obscure respondentis, vel respectu recedentis vel respectu non exhibentis, que omnia citationem presupponunt ad hoc quod quis contumax reputetur. De citationibus autem et hiis que ad iudicarium ordinem pertinere noscuntur non theologi sed canoniste considerant. Ergo ad ipsos principaliter spectat scire quis est pertinax et hereticus iudicandus. 30 35

Tertia ratio est hec. Ad quem spectat alicuius criminis puni- tio, ad eundem spectat eiusdem criminis cognitio, quia crimen incognitum puniri non debet. Sed ad canonistas principaliter spectat quomodo pro pertinacia quis debeat puniri. Ergo ad eosdem spectat principaliter scire quis est pertinax iudicandus. 40

*Capitulum 13*

*Discipulus*

**NARRA ASSERTIONEM** contrariam cum motivis eiusdem.

**Magister:** Alii dicunt quod ad theologos spectat scire principaliter quis pertinax est habendus. Primum autem motivum eorum est tale. Ad theologos pertinet principaliter tractare de illis criminibus que directe committuntur in Deum, quia, cum theologia 5

24 cognoscunt] debent cognoscere Ly, cognoscere Pa Vg 27 quod] omitted Bb Fi Ca Vg Ly 27 gregorius] gregorium Bb Ca Vg Ly 27 ut] et Bb Fi Pa Vg Ly 28 beatus augustinus] [per] beatum Augustinum Bb Fi Ca Pa Vg Ly 30 attendatur] vel respectu respondentis, vel respectu recedentis added Vc 30–31 vel<sup>1</sup> ... restituentis] omitted Ca 31 aut ... respondentis<sup>2</sup>] omitted Bb Fi Pa Vg Ly We 32 vel<sup>1</sup> ... recedentis] omitted We 32 non] omitted Fi Ly 32 exhibentis] vel respectu non venientis added Ca 33 quis] aliquis Ca Pa Vg Ly 34 et] in Bb Fi Vg Ly 36 pertinax] contumax Pa Vg Ly 39 eiusdem] eius Vc 39 criminis] puniendi added Pa Ly 42 scire] omitted Pa Vg Ly 42 iudicandus] iudicare Ly 4 eorum] omitted Ca Ba

10 sit de Deo sicut de principali subiecto, ipsa habet considerare  
 crimina que committuntur in ipsum. Pertinacia autem pravitatis  
 heretice directe in Deum committitur. Ergo ad theologos pertinet  
 principaliter de pertinacia perscrutari.

15 Secundum motivum est tale. “Eadem est scientia contrario-  
 rum”, nam “idem est iudex sui et obliqui”. Fides autem et hereti-  
 ca pravitas sunt contraria. Ad theologos vero principaliter pertinet  
 considerare de fide. Ergo ad eosdem spectat considerare de pra-  
 vitate heretica, et per consequens de pertinacia, sine qua heretica  
 pravitas minime reperitur.

20 Tertium motivum est hoc. Quando scientia superior et inferior  
 considerant de eodem, notitia illius principaliter spectat ad scien-  
 tiam superiorem quam ad inferiorem, quia superior cognoscit per  
 causas superiores et per priora principia. Sed de pertinacia heresis  
 considerat tam theologia quam scientia canonistarum, et theolo-  
 25 gia sicut superior, scientia vero canonistarum sicut inferior; ergo  
 ad theologiam principaliter spectat de pertinacia considerare. Ma-  
 ior est certa, ut videtur; minor ostenditur. Nam quod de pertina-  
 cia consideret scientia canonistarum est notum et ipsi concedunt.  
 Quod vero theologia consideret de eadem patet aperte, cum Apo-  
 stolus ad Titum 3 doceat hereticum devitandum, et in evangelio  
 pertinaciam Iudeorum nolentium credere Christo ipsamet veritas  
 reprehendat.

30 **Discipulus:** In toto evangelio de pertinacia mentio non habetur.  
 Quomodo ergo dicunt isti quod Christus Iudeorum pertinaciam

7 ipsa] principaliter added Vg Ly 8 que] immediate added Ca 12 nam]  
 et added Vc 12 sui] veri Ca Pa Ly, recti Fr Lb To 12 obliqui] sed ad-  
 ded Ca 13 contraria] igitur added Pa Ly 14 considerare<sup>1</sup> ... fide] de-  
 terminare de fide sive considerare Ca 14 considerare<sup>2</sup>] principaliter ad-  
 ded Ca Ba 17 hoc] omitted Pa Vg Ly 18 principaliter] principaliter Ca  
 19 superior] omitted Pa Vg Ly 20 priora] prima Vg Ly 20 heresis] here-  
 sum Fi Ca Pa 21 canonistarum] iuristarum Fi Bb Pa Vg Ly 21–22 et ...  
 inferior] ergo/igitur cum theologia sit scientia superior scientia vero cano-  
 nistarum sit scientia [scientia added Ko Ca] inferior Ca Pa Ly; omitted Ba  
 Es Vc We 21 et] igitur/ergo et Fi Pa Vg Ly 22 superior] scientia ad-  
 ded Bb Vg 22 ergo] sequitur quod Ca 25 consideret ... canonistarum]  
 hoc Ca 25 canonistarum] canonum Pa Vg Ly 27 titum] Timotheum  
 Fi Ly 27 doceat] docebat Ba Es 27 hereticum] hominum added Ca  
 27 devitandum] devitari, diiudicandum Bb Fi 29 reprehendat] reprehendit  
 Ca Vg Ly 30 toto] omitted Ba Es

11–12 Aristotle, *Metaphysics* IX.2, 1046b 5ff, *De Anima* I.5, 411 a5. See  
 below, 1 Dial. 7.48. 27 Titus 3:10

in evangelio reprehendit?

**Magister:** Ad hoc respondent quod, licet de hoc nomine pertinacia vel pertinax nulla in evangelio mentio fiat, tamen de re significata sepe fecit Christus sermonem. 35

**Discipulus:** Ubi?

**Magister:** Ioannis 15, ubi ait de Iudeis, “Si non venissem et locutus non fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo”, ubi Christus declarat Iudeos fuisse in suis erroribus pertinaces quia sibi credere noluerunt. Unde subdit, “Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt et oderunt me et patrem meum”, ubi eos pertinaces ostendit quia operibus credere noluerunt. Maliciam et pertinaciam Iudeorum indicat manifeste cum, ut habetur Matthei 11, exprobrat civitatibus que sibi credere renuerunt. 40 45

*Capitulum 14*

*Discipulus*

**QUANTUM** adhuc intelligo plus michi placet assertio ista secunda, et ideo indica quomodo isti ad rationes contrarias respondere nituntur.

**Magister:** Ad primam nonnulli respondent dicentes quod, licet in genere theologi principaliter debeant scire quis est pertinax iudicandus, tamen aliquem modum specialem errantem de pertinacia convincendi magis ex intentione propter aliquas circumstantias considerant canoniste (licet de tali modo, si inter canonistas dubitatio et dissensio oriretur, ad theologos, applicando theologica et universalia ad particularia, spectaret profundius et certius iudicare, licet forte cum investigatione et deliberatione proluxa et 5 10

32 in evangelio] *omitted* Fi Ca Pa Vg Ly 33 respondent] respondetur Pa Vg Ly 35 sepe] *omitted* Fi Ca 38 eis] *omitted* Vg Ly 40 fuisse] *omitted* Ba Es 44 et] etiam Ca Ba We 44 pertinaciam] pertinacie Ba We 44 indicat] indicans Pa Vg Ly 44 manifeste] in communitate Vg Ly 46 renuerunt] noluerunt Bb Fi Ca Pa Vg Ly 2 intelligo] vel *added* Ly 3 ideo] michi *added* Ca 3 rationes] tres *added* Ly; duas *added* Pa Vg 9 licet] etiam *added* Bb Fi Ca Pa Vg Ly 10 et dissensio] *omitted* Bb Fi Pa Vg Ly 10 theologos] videretur *added* Ca Vg Ly 10 applicando] applicandum Ly 10 theologica] *omitted* Bb Ca Pa Vg Ly 11 et<sup>1</sup>] qui sciunt Ly 11 ad] ac Ly 11 spectaret] *omitted* Ca Pa Vg Ly 12 cum] *omitted* Pa

37–39 John 15:22 41–43 John 15:24 45–46 Matthew 11:21–4 2–3 assertio secunda: 2.3 5 primam: 12.12

magna). Unde dicunt quod sunt multi modi deveniendi in notitiam pertinacie alicuius errantis contra fidem, quorum aliqui respiciunt ordinem iudicarium, puta si errans citatus ad iudicium venire recusat, si veniens renuit respondere, si subterfugere iudicium et examinationem malitiose molitur. Tales autem modos convincendi hereticos quantum ad circumstantias multas ordinem iudicarium respicientes magis explicite tractant canoniste quam theologi. In genere, tamen, et quantum ad multos alios modos convincendi de pertinacia, magis spectat ad theologos de pertinacia pertractare.

**Discipulus:** Potest aliquis convinci de pertinacia extra iudicium?

**Magister:** Nemo convincitur auctoritate officii extra iudicium vel sine iudicis auctoritate. Aliquis tamen extra iudicium convincitur quantum ad hoc, quod eius malitia per evidentiam rei ad notitiam pervenit aliorum in tantum ut liceat absque temeritate ipsum pertinacem hereticum reputare.

**Discipulus:** Dic ad formam rationis illius prime.

**Magister:** Ad formam dicitur quod cum accipitur quod nullus errans contra fidem est pertinax iudicandus nisi qui correctus a suo prelato suum defendit errorem, quod hoc est manifeste falsum, quia sunt alii modi extra omne iudicium deprehendendi errantem in pertinacia manifesta. Nam qui iuraret se in perpetuum aliquam heresim defensurum, de qua in decretis et tota scientia canonistarum nulla fit mentio sed in theologia duntaxat, theologi non canoniste talem deprehenderent in pertinacia manifesta.

Ad secundam rationem dicitur quod omnis contumacia est pertinacia, sed non omnis pertinacia est contumacia (stricte accepto vocabulo “contumacie”) reputanda, et ideo licet canoniste de contumacia principaliter considerarent, non sequitur quod de pertinacia principaliter perscrutentur, quia sepe scientia superior de universalibus et inferior de particularibus tractat. Nec Gregorius

---

13 in] ad Vg Ly 16 renuit] renuerit Vg Ly Ba, respuerit Ca 16 si<sup>2</sup>] et Pa Ly 17 tales] similes Bb Fi Pa Vg Ly 20 alios] *omitted* 21–22 de pertinacia] *omitted* Ca Vg Ly 24 officii] iudicii Pa Vg Ly 26 per] propter Pa Vg Ly 29 illius] *omitted* Ca 29 prime] opinionis Ly 31 correctus] corrigendus Ly 32 errorem] dicitur *added* Ca Ba Es Vc 33 omne] *omitted* Ca 37 in] de Ca 39 non] econtra nec *added* Pa Ly 39–40 contumacia ... accepto] sub Pa Ly 39–40 accepto] *omitted* Bb Fi Vg 42 perscrutentur] perscrutarentur Pa Ly 43 tractat] tractant Ca Pa Ly

---

38 secundam: 12.26 43 Gregorius: 12.27

et Augustinus dicunt quod omnis pertinacia est contumacia, licet intelligant quod sepe heretici pro contumacia sint iudicialiter condemnandi. 45

Ad tertiam rationem respondent quod ad quem spectat alicuius criminis punitio ad eundem spectat eiusdem criminis aliqualis cognitio, saltem generalis et confusa vel accepta ab alio, sed non oportet quod ad ipsum principaliter spectet eiusdem criminis persecratio scientialis vel subtilis cognitio et profunda. Ad iudicem namque secularem spectat ultima punitio heretici a suo errore resilire nolentis postquam fuerit seculari relictus iudicio, et tamen ad secularem iudicem non spectat principaliter scire profunde quis est hereticus reputandus. Iudices etiam seculares falsarios monetarum et mechanicos contra artes suas falsa opera facientes condigna pena plectere debent, et tamen monetarii et mechanici falsitatem monete et operum aliorum acutius quam iudices deprehendunt. Sic, licet canoniste considerent quomodo pertinaces in errore contra fidem oportet iuste puniri, theologo tamen multo certius errantes in pertinacia deprehendunt, quemadmodum suspensores furum melius sciunt quam iudices quomodo debent suspendi latrones, gravitatem tamen latrocinii minus cognoscunt. 50 55 60

*Capitulum 15*

*Discipulus*

**DIC BREVITER** que sunt illa secundum istos assertores que habent canoniste de hereticis indagare.

**Magister:** Dicunt isti quod canoniste non solum habent dissere- re qua pena secundum iura canonica oporteat hereticos castigare, sed qualiter sit contra hereticos iudicialiter procedendum— quomodo scilicet formandi sunt libelli accusatorii et alii, et quomodo producendi sunt testes, et alia que ad iudicarium ordinem spectant—oportet eos cognoscere. Propter multas etiam hereses que in libris eorum reperiuntur dampnate possunt de multis discernere an sint heretici iudicandi, licet de hoc valeant theologo profundius iudicare. Licet enim in biblia de hereticis sub isto 5 10

44–45 licet] sed Fi Vg Ly 45 sint] sunt Ly 51 subtilis] et specialis added Ly 54–55 profunde] omitted Ba Es 55 est] sit Pa Ly 58 et] omitted Ba Es 58 operum] opera Vg Ly 61 certius] fortius Ca Ba, fortius et certius Pa Vg Ly 61 in pertinacia] pertinaciter Pa Vg Ly 62 debent] debeant Vg Ly 5 oporteat] oportet Bb Fi Pa Vg Ly 7 scilicet] contra hereticos added Bb Fi Pa Vg Ly 7 et<sup>2</sup>] omitted Pa Vg Ly

44 Augustinus: 12.28 47 tertiam: 12.38 2 istos assertores: 13.3



15 nomine raro mentio habeatur, sancti tamen bible tractatores de  
 hereticis sepe per principia in scriptura sacra tradita quomodo  
 sit aliquis hereticus cognoscendus magnos tractatus efficiunt, de  
 quibus in libris canonistarum plurima inseruntur. Preter que et  
 determinationes ecclesie in scriptura divina fundatas, fere omnia  
 alia de hereticis in libris eorum inventa non quis sit habendus he-  
 reticus sed quomodo sit contra hereticos in iudicio procedendum  
 20 et qua debeant pena ferri declarant, quod in titulo de hereticis qui  
 in libro decretalium est insertus patenter apparet. Predicta autem,  
 quia sunt particularia et ex inventione pendent humana, non sunt  
 de consideratione theologorum, qui principaliter talia non consi-  
 derant. Per regulas tamen universales ad ipsos pertinet iudicare,  
 25 ubi deficeret prudentia canonistarum, an leges ecclesiastice de he-  
 reticis certis modis plectendis et modo procedendi contra eosdem  
 scripturis sint adverse divinis, quia si leges huiusmodi contraria-  
 rent scripture sacre non essent aliquialiter tollerande.

---

14 sepe ] semper Vg Ly 16 plurima ] plura Ca Ba 17 ecclesie ] que *added*  
 Ba Es 24 regulas ] rationes Vg Ly 26 eosdem ] eos si Ca 27–28 contrariarent ]  
 contrariarentur Bb Fi Ca Vg Ly Ba Es 28 aliquialiter ] aliter Vg Ly

---

20–21 col. 778

---

28 tollerande ] explicit liber primus Bb Fi Ca La Pa Vg Ly Ba Es Vc We